

culus: Cum Asphaltum lacus est egestus, ante vigesimum & secundum diem apparent signa. Etenim circa stagnum stadijs pluribus foetor à vento excitatus, proprium argento auroq; & æri colorem aufert. Propinqua loca ex calore foetoreq; lacus corrupta morbos afferunt incolis, & breuioris vitæ reddunt.

Talis est natura hæreticorum, vt viscedine sua multorum incautas animas inuolutas opprimant, & foetore ac amaritudine sua enecent. Sæpe candidum succinum, quando in calidiori loco (qui flammæ expers est) diutius commoratur, amisso colore naturali in nigredinem degenerat: non secus atq; ij, qui pro candidissimis Ecclesiæ membris habentur, sæpe à veritate ad hæresin prauam desciscunt. Multi etiam ex candidissimo succino varia efformari & effingi sibi curant, vt cordis humani effigiem vel crucis. Eodem modo multi, qui ad venena